B. N. C.
FIRENZE
1073
16

VII
ED

1073. 16

LUDI GENIALES
AUGUSTISSIMO CÆSARI
LEOPOLDO PRIMO
VICTORIIS AUSTRIACIS
ADVERSUS
PORTAM OTTOMANNICAM
GLORIOSISSIMO
DEDICATI
A
P. GUILIELMO VANDEN EEDE
Bruxellenſi
SOCIETATIS JESU
SACERDOTE
RELIGIONIS JUBILARIO.
Permiſſu Superiorum.
CURÆ SECUNDÆ.

BIBLIOTECA NAZIONALE 1877

GANDAVI,
Typis HENRICI SAETREUVER, ſub ſigno
Albæ Columbæ, 1688.

TEMA
NO=TURCICUM



TURCA RECEDENS
A FIDE
CÆSARI LEOPOLDO
DATA
UT A SOLE LUNA
Miram patitur Eclipſim ex obſervatione
ASTRONOMO-POLITICA
Programma.
SOL ET LUNA STETERUNT
IN HABITACULO SUO.
Anagramma.
SOL STET ALTO, SUBEUNTE
HUIC LUNA, IN ATRO.
Utrimquè ſunt
3. 1. 1. 3. 1. 2. 3. 3. 3. 1. 3. 5. 4.
A. B. C. E. H. I. L. N. O. R. S. T. V.
Quò reſpicit aliud Programma.
ECCUM SOL MIRE MOVET
ET LUNA MIRE PERIT.
Cui reſpondet Turca
(Invitum cogente Deo)
Anagrammate deſumpto
Ex Joan. 3. ℣. 30.
ILLUM OPORTET CRESCERE:
ME, AUTEM MINUI
Utrimque ſunt.
1. 2. 6. 3. 2. 4. 1. 2. 1. 3. 1. 3. 3.
A. C. E. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V.

Rhythmus Muſicus

Circa obſidionem & ſolutionem

VIENNÆ

SOLIS ASCENSU, LUNÆ DESCENSU.

1.

QUam iſthic cerno gentem vultuque miniſque
fremententem
Inſanam, Aſianam, huc noſtra petentem?
Lunatam, ſideratam, Tumentem numero?
Latè palantem, inſidiantem Regni ſolio?

2.

CUi votum eſt perenne trophæa locare *Viennæ*,
Præclaras ut in aras ſævire ſolenne.
Portentum, munimentum ingens Chriſtiadûm
Intueamur & patiamur *Lunæ ſubditum?*

3.

TU *Stella Monte* cara Phœbæo à lumine clara
Cornutam malè tutam diſpellere para.
Hinc Solo data Polo Mars ſigna promovet;
Atque ſerena *Dux LOTHARENA* campis exhibet.

4.

HIs animis ingentes armiſque viriſque potentes
Germani veterani pericla ridentes,
Duceſque Heröëſque invicti *Principes*
Caſtra petendo, victa premendo ſternunt exules.

5.

SIc *Ottomanna Proles* ſic *Luna* verebere *Soles*,
Viroſque ſocioſque ut *Lumina* coles
Viſirum age dirum in reſtem ultimam:
Te ſecuturam crede futuram *MOVFTI* victimam.

Aſt

6.

ASt *Aquilam* volantem te vertice ſupra micantem,
Quam ſpernis, tibi cernis extrema minantem.
Sic feſſus, malè preſſus exhalans animam
Cidarim vili pulvere *Nili* condes impiam.

7.

QUin PONTIFEX ROMANUS cum VENETO jungere manus
Te certat, ut evertat non omine vanus.
Raguſa, *Syracuſa* Ornabunt Titulo:
IACET INVLTA LVNA SEPVLTA SVB HOC TVMVLO.

8.

HInc neminem laceſſes, tibique Tuiſque quieſces,
Rancore, amarore, ſqualore tabeſces.
Proſtratus religatus ut olim *Bajaçeth*,
Iſthic æternum dormi veternum valè MAHOMETH.

Programma.

Ad Principes Chriſtianos
In obſidenda BUDA
Strenuiſſimos

O lenta fervens BVDA, non facili manu
Et igne domita! cineribus vanè tumet,
O VIRI!

Anagramma.

Deſumptum ex Pſalmo 50. ℣. 20.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua
Sion: ut ædificentur muri Ieruſalem.

Programma typicum.

O JUDITHA, URBEM TU TUAM MATURE LIBERASTI.

Anagram-

Anagramma.

TU BETHULIAM, MARIA VERO BUDAM RESTITUIT.

Ingens Igne tIbI ſtrUXIſt! BUDA ſepULChrUM;

AUſtrIaCIs sIs InDe aqUILIs eXUſta trophæUM.

Poëticum, de CAPTA BVDA, *Vaticinium.*

(a) (b) (c)
Auſtriacus canibus frendentibus eripit Offam,
(d)
Hâc ſternet Belli, juſta per arma, GRADUM.
(e)
Per Pontem tendens vaſtum longaſque paludes,
(f) (g)
Ad Mare LUNA teget cornua fracta Nigrum.
(h) (i)
Jam via facta Rubro eſt, veſtigia nota ſuperſunt.
(k) (l)
Arca Dei huc tutum prævia monſtrat iter.

EXPOSITIO.

A Leopoldus Romanorum ac Germaniæ Imperator Auguſtiſſimus.

B Turcis. C Offam eripere, vetus eſt adagium de ſurripientibus paratam inhiantibus prædam. BUDA, alio nomine vocatur Offa. D Belgradum, Germanicè Grixwyſſelborgh, latinè Alba Græca. E Eſſexius Pons eſt ligneus ad ſeſquimilliare Germanicum Dravo, ejuſque paludibus inſtratus. F Imperator Turcarum. G Ad Conſtantinopolim, Quam alluit mare vulgo Nigropontus. H Olim juſſu Dei per Moyſen Iſraelitico populo patefacta. I Juxta Terræ Sanctæ topographos. K D. Virgo cujus olim typus Arca fœderis. L hujus ope à triennio liberata Vienna 12. *Septembris* anno 1686. ejuſdem 2. eſt CAPTA BUDA.

Diſcurſus

Diſcurſus Anagrammaticus.

Ex Programmate,

LEOPOLDUS PRIMUS

Sequitur Anagrammatica ſuppoſitio,

DUM RE SOL POPULIS

Et ex Programmate,

LEOPOLDUS CÆSAR GUBERNET:

Quandoquidem SOL, fit conſequentia

Anagrammatica:

ERGO PLURES DATE LOCA NUBES.

Unde clarè infertur

LEOPOLDI CÆSARIS GUBERNATIO,

Conſecutione Anagrammaticâ:

O! PERGE SUB ILLO ACIES ORDINATA:

Exemplo CAROLI V.

Sumpto Programmate:

LEOPOLDUS PRIMUS CÆSAR,

Converſione Anagrammaticâ

SED PLUS EO CAROLUM RAPIS

quia

E DEO PLUS CAROLUM SPIRAS.

Etiam Domi conſulens Militiæ

LEOPOLDUS PRIMUS CÆSAR,

Ex evidenti Anagrammate

RE SOLUS OPERAM DUPLICAS.

Programmatica Interrogatio

Principum Turcarum

DE CÆSARE LEOPOLDO:

AN DEUS TUETUR LEOPOLDUM IMPERATOREM?

(a)
Anagrammatica MOUFTI reſponſio:
ERUO: DUM OLEUM ET OPERAM PERDIT SULTAN.
Utrobique ſunt
2. 2. 5. 1. 2. 3. 1. 3. 2. 3. 1. 3. 4.
A. D. E. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V.

SERENISSIMUS JOSEPHUS
AUGUSTISSIMI LEOPOLDI
PRIMOGENITUS
HUNGARIÆ REX CREATUS
9. Nov: Año. 1687.

Programma.
REGEM CORONET HUNGARIA.

Anagramma. (b)
O! HUNC REGEM ORNET AGRIA.

Adgratulatio Programmatica.
UT MODO TE CORONAS HUNGARIA!
QUAM POTENS ES!

Heroicum Anagramma.
TUQUE TUAM JOSEPH ORNAS GESTANDO CORONAM.

(a) Is Turcarum ſcilicet ſummus Antiſtes, cujus reſponſa Principes tamquam oracula excipiunt.

(b) Hungariæ Urbs celeberrima jam cum Cæſare de reductionis conditionibus paciſcens.

IMPERII ROMANO-GERMANICI
Programma,
LEOPOLDUS AUSTRIACUS.

Anagramma in Ottomannos:
TURCAS VI PELLO AD SUOS.

Votivum

Votivum Programma IMPERIJ,
Ut idem præcedentes IMPERATORES
Victoriis ſuperet:

LEOPOLDUS AUSTRIACUS.

Anagramma.

PLUS ULTRA SOCIOS AUDE.
Programma DIVINÆ PROVIDENTIÆ
Deſumptum è Pſalmo 31. ℣. 8.

AD LEOPOLDUM CÆSAREM.

Intellectum tibi dabo, & inſtruam Te
In via hac, quà gradieris:
Firmabo ſuper te oculos meos.

Anagramma Rhythmicum:
Mahometi LUNAM perfidis
Truncabit CÆSAR cornibus;
Se, votaque legitima
Tribuet SOLI DEO.

Vtrimque ſunt litteræ

7.	3.	3.	2.	8.	1.	1.	1.	9.	3.	4.	3.	5.	1.	1.	5.	5.	7.	6.
a.	b.	c.	d.	e.	f.	g.	h.	i.	l.	m.	n.	o.	p.	q.	r.	s.	t.	v.

Ex eodem DIVINÆ PROVIDENTIÆ
Programmate:
Intellectum tibi dabo & inſtruam te,
In via hac, quà gradieris:
Firmabo ſuper te oculos meos.

LEOPOLDO CÆSARI

Anagrammaticè inſinuatur profugientium
Turcarum metus
Turca ruit, pacemque orat, ſibi vincula vota.
Sed illa, Nemeſim ob debitam,
Reſtis honore fugit.

Eodem Programmate,

DIVINA PROVIDENTIA

Suaviter & fortiter & velut muſicè trahit ad ſublimiora

LEOPOLDUM CÆSAREM,

Per hoc Anagramma.

Ut, re, mi, fa, SOL, la, tibi CÆSAR Muſica prodeſt.

O! Turce MAHOMETI ubique deleti, grunnito Baſin.

Rhythmicum & Amicum

Programma,

Conſulens *Abafio Tranſilvaniæ Principi* ut ſe ſuaque omnia

LEGITIMO CÆSARI LEOPOLDO

Tempeſtivè ſubiiciat.

O! ABAFI QUID MORARE?
TAM NOLIM TITUBARE;
LEOPOLDUS ECCE MERUS
TIBI EST INNATUS HERUS.
SIC AGIT.

Juxta Conſilium Anagrammaticum

DIVINÆ PROVIDENTIÆ,

è verbis DAVIDIS REGIS:

Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac,
Qua gradieris: firmabo ſuper TE OCULOS MEOS;
Utrumque conſtat iiſdem.

Ex eodem Davidis Programmate

Hungariæ Genius Belgradum Chriſtianis invadendum offert.

Hoc Anagrammate:

Belgradum abibit CÆSAR; invitat DEUS.
O! TURCA finit, IMPERI molem trahens voletque ſocios. *(b)*

(b) Nempe RUINÆ SVÆ

Obſerva-

Obſervationes Anagrammaticæ & Chronicæ
Circa felices progreſſus
BELLI AUSTRIACI Adverſus TURCAS.
Programma Chronicum, Seraſquierij profugientis:
VIDI, & EſſeXIJ LaCUS tUrbaM haUrIebat.
Ex quo, ut Programmate,
IBRAHIM Baſſa (qui & Seraſquierius) diſſipato exercitu vagabundus
Notatur ſequenti Anagrammate:
IbrahIM baſſa DeIeCtUs VIVIt, re eXULat.
Ex quo ut Programmate:
Magnus VISIRUS nuper Domini ſui mandato ſtrangulatus, IBRAHIMO Baſſæ, poſt officia Domino præſtita, idem fati genus prænuntiat.
Hoc Anagrammate:
HaC eXaLtatUs reſtI, UbI VIs, breVIa DIeM.
Ex hoc ut Programmate:
Fit acclamatio totius Orbis Anagrammatica, juxta proverbium commune:
Deus pro Auſtriacis, in extremis, miraculum habet in armamentario.

DE LEOPOLDO CÆSARE

Anagramma.
eſt re aUſtrIaCUs, habebIt aUXILIUM DeI.
Ex præcedenti ut Programmate
LEOPOLDUS PRIMUS
IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS
Hungariam Anagrammaticè alloquitur:
sUBsIDIA tUA
JEsU MATER
(d)
CLARè EXHIBUIT.
In ſingulis eædem ſunt Litteræ.

4.	2.	1.	1.	4.	1.	5.	1.	1.	2.	3.	3.	4. 1.
a.	b.	c.	d.	e.	h.	i.	l.	m.	r.	s.	t.	v. x.

Ex

Ex quo ut programmate

S. STEPHANVS REX HVNGARIÆ
(e)
Oſtendens hanc DIVÆ VIRGINI conſecratam, Anagrammaticè Cæſaris dictum confirmat:

sIC te (VbI eX VsV)
saLVabIt hereDItarIaM.

(d) Ut patuit per novam hac de re, bullam & Officium divinum de Sanctiſſimo Nomine BEATÆ MARIÆ, Dominica infra Octavam Virginis natæ, in univerſali Eccleſia, ab omnibus, qui ad horas tenentur, celebrandum ab *Innocentio XI. Pontifice maximo exhibita.*
(e) Sanctus Stephanus Hungariæ Rex poſt obtentam, BEATÆ VIRGINIS ope, Victoriam adverſus Conradum Imperatorem malè Hungaris infeſtum, MAGNÆ MATRI REGNUM SUUM DEDICAVIT HEREDITARIUM.

SUMMUS PONTIFEX
INNOCENTIUS XI.
DEI MENTEM EXPONIT

Juxta Pſalmum 97. n. 1.

Anagrammaticè & Chronicè:

saLVaVIt sIbI DeXtera eJUs, & braChIUM.

Ex quo, ut Programmate,

Conjecturæ fiunt merè Anagrammaticæ & Chronicæ, de Magno Portæ Ottomannicæ Domino:
(f)
hIC VIr à se, & à sUbDItIs, MaLè VeXabItUr.

Ex alia litterarum diſpoſitione,

Quid de rerum immutatione, novit OPTIMUS DEVS

DEUS (CUJUS PROVIDENTIA IN SUI DISPOSITIONE NON FALLITUR)

Emanat ſupremum Anagramma conjecturale, circa Supremum in Terris

Turcarum Dominum ejuſque ſubditos:

ab hIs aCIe, arMIs, VItâ eXUtUs DeLebItUr: (g)

(f) Mouſti Turcarum ſcilicet Pontifex, jam dudum DEO VERO, procul dubio, INSTIGANTE (ut olim Aſina Balaam num. 22 v. 30. & CHRISTI temporibus, perfidus Caïphas Joan. 18. v. 14.) pronuntiavit *infauſtam*, *fore*, *inita*, *cum* CÆSAREA MAJESTATE *Pacis infractionem*. (g) Utinam potius convertatur, & vivat!

In ſingulis eædem ſunt litteræ.

4. 2. 1. 1. 4. 1. 5. 1. 1. 2. 3. 3. 4. 1.
a. b. c. d. e. h. i. l. m. r. s. t. v. x.

ELEGIA I.

De reductis, ac reducendis ope Chriſtianorum Moſchæis & SANCTA CRUCE reſtituenda,
In malè uſurpatum à LVNA locum.

ABſtuleras falcata CRUCEM, Crucis æmula LUNA,
Nunc Cruce preſſa gemis, ſub pedibuſque jaces.
Spiritus ut te afflet partes torqueris in omnes,
Inſtar & optares alitis eſſe Petri.
Sed Caudæ & Capitis caſſo moderamine pendes;
Nec niſi mutando vertice fauſta vides.
Interea CRUX firma manens teque in ſua vertens
Jura, docet ſacro ſubdere colla jugo.
Lunatus procul hinc ſtolidâ cum plebe ſacerdos;
CRUX caput exornet: LUNA revincta pedes.

CRyX

CRUX Templis remeet, ſordeſcat Cynthia Mæchis;
CRUX pedibus LUNÆ cornua fracta terat.
Chriſtiadûm decoret juſtas CRUX ſumma Tiaras,
Diſce hac LUNA tuas de CRUCE ferre Cruces.
De CRUCE noſtra ſalus; Te cauda flagellet Equina:
Quotque vides noſtras, tot tibi ſume CRVCES.

ELEGIA IJ.

In ſupplicationem piacularem à Turcis inſtitutam.

Captâ per Chriſtianos BVDA.

IMpia gens Mahomæ ſcelerati Nominis heres,
Quo raperis nudo longa per arua pede?
Prætentas ſcuticam claudo Bega ſeſſor Aſello,
Non procul à tergo quam liquet eſſe tuo.
Sternis Chriſticolas, Judæum jungis Apellam:
Exornat pulchras ſed bona cauſa neces.
Ruricolæ Silvani ululatibus omnia complent:
Urna adfert lachrymas, ſanguine vena fluit.
Planxiſti: minimum eſt, agnoſce piacula culpæ,
Ipſe tibi tortor quæ luis, illa facis.
Deme triumphatis tegumenta pudica camelis:
Hæc non ad pompam ducere probra juvet.
Proiice laſſantes Baſſarum tempora mitras:
Vertice promineat cauda ſuprema tuo;
Plus quam Chironis, quæ Te compeſcat Equina,
Nuper cum ſpoliis cauda reperta ſacris.
Lipſana dira humeris latè circumfer anhelis:
Obiice ſic lento crimina inulta Polo.
Reſpice ſandapilam ferali pignore fœtam,
Materiam lachrymis præbeat illa novis.
Tergora cædantur juſtis immania flagris:
His tua, quot fuerint crimina, ſcribe notis.
Sparge viam nummis crudeli fœnore partis,
Quos tibi Chriſtiadûm ſanguine reddit humus.

Sed

Sed neque formides properè quos tollat egenus,
Hos urgens Nemeſis ceu ſua dona petit.
Meccâ exul ſic viſe ſolum genitale Medinam:
Nativo Peſtem redde, reconde loco.
Sic optata quies, ſic pax rediviva per Orbem,
Sic videat reducem LVNA ſubacta CRVCEM.

ELEGIA III.
Cenotaphium, VERIVS Kynotaphium Jmpesij Ottomannici.

BUda redit, crebris fuſus Janitzarus armis,
Sponte Seraſquiero ſub duce bella fugit.
Tecelius latitat: Stygiis Viſirus ab umbris
Provocat ad reſtes, ſe præeunte, novas.
Eſſexi alterno Pons eſt dejectus ab hoſte,
Turca ſed ad reditum quo ſibi clauſit iter.
Hinc via Belgradum, Belgrado adaperta Philippis:
Hâc Conſtantini Regia Porta patet.
Vndique terror ineſt, Pax non ſperanda petita eſt.
Fatidico verax Carmine Myſta ſilet.
Cuncta tremunt; paruis majora Seralia damnans
Turca expers mentis Sardanapâlus agit.
Sit frater ſpes magna, rei vertentis imago:
Illa ſed ut nova ſit: num meliora feret?
Sævit dira lues, annonæ carior uſus,
Intentant longam rura relicta famem.
Victa Moræa ſuis Lacedæmona junxit Athenis.
Auſtriacis pendit preſſa Raguſa lytrum.
Hunc ſeu lethargum vocites, lentamvè phrenêſim,
Finiet hanc gliſcens Hectica certa febrim.
Ergo Turca novum, quo vis, meditare ſepulchrum:
Mecca vale, Turcis: ſtirps Solimanna vale.

VNIO

UNIO ET PAX
THEOLOGICA SANCTIS DESIDERIIS,
POLITICA RECTIS CONSILIIS,
ETHICA JUSTIS OPERIBUS
IN VNUM CONSPIRANT,
UT UNUM SINT.

VOTVM PROGRAMMATICVM
S. M. ECCLESIÆ.
AD DEUM
Pro Pace communi,
Oremus:

DEus, à quo SANCTA DESIDERIA, RECTA CONSILIA & IUSTA ſunt OPERA: da ſervis tuis illam, Quam Mundus dare, non poteſt, PACEM:
Ut & corda noſtra mandatis tuis dedita,
Et hoſtium ſublatâ formidine, tempora
Sint tuâ protectione tranquilla.
Fiat PAX in virtute tua,
Et abundantia in turribus tuis.

CUI RESPONDET
Anagramma.
AD
PRINCIPES CHRISTIANOS
Pro recuperanda
TERRA SANCTA.

Tam nexus, quam laudis amor, quos urit, adeſte.
En occurſuris adſpirant omnia palmis,
Quas Pietas armata dabit. Trahit indita virtus
Ad fuſos latè populos; dubitatur? & ultrà
Sint Ottomanni TERRÆ ludibria SANCTÆ!
Jte: cupit toties defendi tantus JESUS;
O! adeo mo numenta Dei cur vincta tenentur?

Vtrimque ſunt eadem litterarum elementa.

30. 3. 6. 12. 20. 2. 1. 24. 6. 9. 16. 13. 6. 3. 15. 20 31. 23. 1.
a. b. c. d. e. f. h. i. l. m. n. o. p. q. r. ſ. t. v. x.

EIDEM

EIDEM PRÆLUDIT
PROGNOSTICON OPTATVM
LEOPOLDO CÆSARI
Bello à Turcis impetito,
Deſumptum è *Pſalmo 71. v.7. & 8.*

ORIETVR IN DIEBVS EJVS,
JUSTITIA ET ABUNDANTIA PACIS,
DONEC
AVFERATVR LVNA:
ET DOMINABITVR A MARI VSQVE
AD MARE ET A FLVMINE
VSQVE AD TERMINOS ORBIS TERRARVM.

Votum Anagrammaticum:

AVTSRIADVM CÆSAR TVRCAS
AVERTET, ET VLTRA
SARMATIÆ FINES OBVIVS ARMA FERET.
(a) DANVBIVM IS BVDÆ,
(b) DRAVI QVI PVNIET VNDAS:
(c) NILIQVE EDOMITI, NON
ERIT ORBE MINOR.

Utrimque ſunt eadem litterarum elementa,

16.	4.	2.	6.	14.	2.	15.	2.	6.	8.	5.	1.	2.	12.	8.	11.	15.
a.	b.	c.	d.	e.	f.	i.	l.	m.	n.	o.	p.	q.	r.	ſ.	t.	v.

(a) *Hungariæ.* (b) *Pannoniæ.* (c) *Ægypti flumina.*

PROTESTATIO
LEOPOLDI CÆSARIS
ANTE CRUCIFIXUM

Quem manu tenebat, ad Aram D Virginis Cellenſis, Bello, adverſus Imperij hoſtes, ſuſcepto. *Anno 1673. Ex Autographo Viennenſi miſſo ad Ampliſſ. D. Guil. de Blitterſwyck Conſil. Mech. exhibito coram Ampliſſ.* D. Franciſco Horenbeke, *poſtea Epiſcopo Gandenſi, & Rdo. P. Rectore Lovanienſi Petro du Rieu.*

O Salvator

1.

O Salvator mi, cujus figuram & imaginem in manibus meis habeo, coram Divina Majeſtate tua hîc proteſtor, quod ex nulla omninò ambitione, hunc exercitum, terras & homines lucraturus dimittam. Scis enim, quod optimè contentus ſim, & hinc ago Divinæ Tuæ Bonitati immenſas gratias, pro omni eo, quod dediſti mihi. Spero quod mea recta intentio placebit Tibi: & quod arma ſervi tui ideò duces, & benedices. Proteſtor etiam, quod ad modernum bellum omninò cogar: & hinc, ſanguinem, qui effundetur in hoc bello, in noviſſimo die, à me non requires. In Te, ô Deus meus, ſpero, & confido.

Reſponſio Anagrammatica.

JESU CRUCIFIXI

Ad Proteſtationem LEOPOLDI CÆSARIS, Bello, adverſus Jmperij hoſtes, ſuſcepto.

IJ.

Anno 1673.

COnfide ô LEOPOLDE, audivi preces & gemitus, quos fudiſti; Habes Me Protectorem: Matrem meam aſſume in Protectricem; Ad arma te cogi ſcio. Hinc ſine te, bellum hoc præluſtro, mihique tamquam meum, ſumo. Id oſtendam toti Orbi, quod te, nec non Domum Auſtriacam cordi habeam, tua curaturus ut Pater. Ergo mihi ſervi: Ego te non derelinquam. Hoſtes in animo, non noti, ex me cognoſcentur. Jis te, juſto tempore, extricabo; qui, niſi ſibi advigilent, redeundo ad ſe: dejicientur; dein omninò humiliabuntur. At tu, ô fili mi, bono & quieto ſis animo. Quin annis tuis annos addam: ita dies benè fini.

Intentio

Intentio LEOPOLDI Cæsaris

JESU CRUCIFIXO

Ex ejuſdem Reſponſo

Anagrammaticè exhibita.

IIJ.

ADeſto Chriſte in quo dego, quieſco : en age quidquid ex re & honore tibi placet ; nihil renuo, Quandoquidem toto Orbe, non odioſos fines, nec annos, ſed, dono tuo, hoſtes, & gloriam tuam amem. Hæc ſola belli intentio. Scis ô Redemptor. *(a) Eſto in Protectorem ; & in domum refugij: ut ſalvum me facias,* Da, ut in virtute tua, dicam: *(b) Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt. Si conſiſtant adverſum me caſtra ; non timebit cor meum. Si exſurgat adverſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Vnam petij à Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ.*

(a) Pſal. 3. ℣. 3. (b) Pſal. 26. ℣. 3. &c.

Anno 1673.

Reſignatio LEOPOLDI Cæsaris

CORAM CRUCIFIXO

Victoriarum, ab hoſtibus (niſi reſipiſcant) reportandarum Anagrammaticè prognoſtica.

Anno. 1674.

JV.

O! Regum origo, en quidquid hîc modo tuâ ope quæro, quidquid his armis acquiro, hoc totum, uti ex tuo, Tibi do, dico, defero ; nec inde mihi quidquam omninò exigo. Etſi eodem momento mihi eriperes, non minus affectu intimo dicerem: *(c) Non nobis, Domine, non nobis, ſed Nomini tuo da gloriam.* Imô, *(d) Te Deum Laudamus, Te Dominum confitemur. Te æternum Patrem omnis terra veneratur. Tibi omnes Angeli, Tibi*

Cœli

Cæli & univerſæ Poteſtates, Tibi Cherubim & Seraphim inceſſabili voce proclamant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt Cæli & Terra Majeſtatis gloriæ tuæ.
(c) Pſalm: 113. ℣. 1. (d) Hymnus SS. Ambroſij & Auguſtini.

Ubique ſunt eadem elementa.

33. 9. 17. 20. 64 4 6. 8. 57. 9. 32. 35.
a, b. c. d. e. f. g. h, i. l. m. n.
41. 7. 1. 24. 29. 38. 35. 2.
o. p. q. r. s. t. v. x.

EPIPHONEMA AMPHITHEATRALE
VNIVERSI TERRARVM ORBIS
EXHIBENS
SPLENDIDISSIMUM SOLEM LEOPOLDUM
TOTO ORBE MAJOREM

Hoc Programmate:

O MAGNE, metas num canam laudis tuæ
LEOPOLDE mundi ſitum? at eo tantus nequis
Merſus reponi: major in Te uno emicas;
De jure Patrio terminas finem deo.

UNDE
TOTI TERRARUM ORBI
CONGRATVLABVNDVS PROPHETA REGIVS
Pſalmo 116. ℣. 1. & 2:

Accinat Anagrammaticè:

Laudate DOMINUM Omnes Gentes, laudate
Eum omnes Populi: Quoniam confirmata eſt
Super nos MISERICORDIA EJUS, & veritas
DOMINI manet in æternum.

Utrobique numerantur.

11. 2. 16. 1. 1. 12. 3. 11. 11. 9. 3. 1. 6. 9. 9. 10.
a, c, d. e. f. g. i, l. m, n. o. p. q. r. s. t. v.

ALLVSIO

ALLVSIO, ANAGRAMMATICA
AD SOLEM

Quis, & qualis Cæſar?

Programma.

LEOPOLDVS IMPERATOR

Anagramma.

DIE, PROMET PLVRA SOLO

Anagramma.

O! PLVS MIRE ARDET POLO.

Anagramma.

ET SOL PRO DEO PLVRIMA.

Anagramma.

VT SOL DE LIMO PROPERA.

SYMBOLUM HEREDITARIUM
DOMUS AUSTRIACÆ

Programmaticè Expoſitum,

PLUS ULTRA ME,
SIM DEO PROPIOR

Cujus eſt Anagramma:

LEOPOLDUS PRIMUS
JMPERATOR.

Ex quo ut Progammate

Eruitur Anagramma Prognoſticum de Turca
& Rebellibus opprimendis

OPPRIME LURIDOS MARTE LUPOS.

Interre-

Interrogatio Programmatica
IN
Emericum Tecelium
Occaſioni recuperandæ gratiæ
Apud
CÆSAREAM MAJESTATEM
amiſſæ invigilantem:
LUNATE SAPIENS, UBI NUNC ES STANS?
HÆRES, ET METUENS PETIS?
Reſponſio Anagrammatica.
E ſenſu accommodatitio. *Dan.* 5. 87.
TECEL: APPENSUS ES IN STATERA,
ET INVENTUS ES MINUS HABENS.
Aliud
Anagramma quamvis ſponte fluens, divinæ juſtitiæ
eſt caſus reſervatus; unde ſubjicitur.

. . . .

Utrobique ſunt
4. 1. 1. 9. 1. 3. 1. 1. 6. 2. 1. 8. 5. 4.
a. b. c. e. h. i. l. m. n. p. r. s. t. v.
Teceli uxor tradit ex pacto
MUNIMENTUM MUNGATS
LEOPOLDO CÆSARI
Programma
Vt quid finiit Ragotſia MVNGATS?
Ea ſit toto bene ei voto:
Cui reſpondet Anagramma:
Fortis guſtavit & vidit
Quoniam bona eſt negotiatio.
4. 1. 1. 3. 1. 2. 7. 1. 3. 5. 1. 1. 3. 8.
a. b. d. e. f. g. i. m. n. o. q. r. s. t.

Tecel ipſe mille Turcarum præſidio tranſlatus
Conſtantinopolim.

Programma.

Omnis Tecelij ſuror ac invidia.

Anagramma de ejus uxore.

Male conſidit in ea cor viri ſui.

2. 2. 1. 2. 1. 6. 1. 1. 2. 2. 2. 1. 1. 2.
a. c. d. e. f. i. l. m. n. o. r. s. t. v.

Intereà inſtar Pentapoleos in lacum Aſphaltitidem
MUNGATS
Anagrammaticè convertatur in STAGNVM.
juxta Pſalm. 113. v. 8.
Qui convertit petram in Stagna aquarum.

MVNGATS
VNGATST
NGATSTA
GATSTAG
ATSTAGN
TSTAGNV
STAGNVM

Et Tecelij uxor Virum imitans

Programmaticè
ASTVTA SIMILANS
Convertatur Anagrammaticè
IN STATVAM SALIS. Gen. 19.

Auctor ad benevolum & patientem Lectorem.

QVi legis hæc paruo, diſcerne Anagrammata libro
Quæ mala ſunt, mea ſunt: quæ bona, redde DEO.

CVI oMnIs VſqVe gLorIa DebetVr & VoVetVr,
trIVMphVs & VICtorIa; ornetVr Vt LaVDetVr.

FINIS.

99 959152

1073-16

MC